

derum quę tenet in manibus uiolatorem. Quod honorius metuit: psequi
acrius. Qui dimidiam ablatam sibi dignitatem equo animo ferens: non in
ferat iniuriam: sed ppulset. Nobis certe eo succenseat minus pontifex oportet.
Quo magis & i imaginibus (quod a te satis extra rē & intempestiue cō
memoratum est) comburendis. Et ceteris in rebus quę ad christianam pti
nent religionem: ecclesię dignitatem: imperatoriis edictis semper ārepositui
mus. Vacuum igitur te ab hoc metu prestes licet. Ceterum ut ad Carolum
redeam nō illi defunt curę solitudinesq; suę. A quo nuper Romę dum ac
clamationibus in celum tollitur & Saxon: & Danus: & hispanus descinere.
Nunq̃ nationes ille quieuerunt: nunq̃ quiescent indomite & impatientes iugi.
Quę quum ita sint nullam Carolo uideo causam neq; aduersum nos: neq;
Nicephorum cōtra. Quale autem a Nicephoro bellum futurum patres.
horret animus cōmemorare. Nō tenet Illyrium: non Siciliam citra & ultra
pharum: non Corcyram: non loca & maria omnia: quę circumcirca iacēt:
non oriētem pene totum. At si is a nobis proditus ualidā instruat classē:
quam facile potest instruere: qui mari maxima pollet potentia: & hac lacesi
tus iniuria in loca hęc inferiora descēdat. Quomodo te ab ea tuearis? Quo
modo defendas? Nōne omnis nostra res in maximo sit discrimine constitu
ta? Ut nec pipini miles: nec eques te ab isto periculo uindictet? Adde quo in
piculo uersentur omnium nostrum facultates quę in eius ditione nostrorū
hominum negociatione sunt posite. Auferent primum (negari nō potest)
quicqd habent uestri homines in oriente pecunię mercium: nominum. Pa
rum erit hoc. Trudentur in carcerem miseri nostri homines qui nihil delin
querunt: aut uita etiam luent. Quos gemitus lachrymasq; tum uideo: ex
plebitur ne his: non certe excindantur & in paludes redcant omnium ingra
tissimi. Iam classis aderit ualida & prepotens: in portus uestros: atq; adeo
in uestra uiscera irrumpet: plena irarum uindictamq; sitiens. Si conuerterit
illa sese aduersum nos. Vulnerati tot cladibus aliis super alias: sustinebitis
hunc hostem? Ad pipini scilicet auxilia cōfugiendum. Hic uero mihi sapiē
tia uestra patres opus est. Et uidete per deum immortalem: ne suspectior
uobis periculosiorq; cum pipino sit futura pax deserto Nicephoro: q̃ aper
tum bellum socio pipino. Equidem in sociis deligendis illa duo spectan
da reor: fidem socialem: & potentiam. De fide satis illud fuerit quod dixi
mus de Caroli religione. Ceterum illa mihi patres precipue hisce magnis
in rebus placere solet fides: Quę proficiscitur ab animorum consensu: non
quę tantum scriptura & tabulis continetur. Video autem circūfinitimos:
sicuti nobis inimicos: Ita pipino q̃ carissimos. Illos colit: arcana cominu
nicat: horum consilio atq; opera utitur. Primum igitur nescio quo pacto
me tuto committam inimicorum meorum amicissimo. Adde q̃ iuuenis